TOTIUS SUMMÆ THEOLOGICÆ
D. THOMÆ AQUINATIS,
AC
SUPPLEMENTI TERTIÆ PARTIS
SYNOPSIS ANALYTICA,
EX EJUSDEM SCRIPTIS DEPROMPTA;

In qua ab uno capite per ſubjectas quaſque partes, gradatim ac multiplici Schemate procedendo, totâ immenſi penè operis compage reſolutâ, Partium omnium ſeries mirabilis contuentium oculis ſubjicitur;

IN GRATIAM DISCIPULORUM DOCTORIS ANGELICI, ET OMNIUM THEOLOGIÆ STUDIOSORUM.

Per ANTONIUM FRANCUM *Pariſinum*, *Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ Presbyterum.*



LUGDUNI,
Sumptibus JOAN. GIRIN, & BARTHOL. RIVIERE, viâ Mercatoriâ, ſub ſigno Prudentiæ.

M. DC. LXXX.

CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

PRODIERE, fateor, humaniſſime Theologiæ Candidate, Summæ Divi Thomæ varij Indices, eâque diligentiâ collecti, ut nihil de tanto Opere in eis prætermiſſum videatur; Synopſis, vel Analyſis, vel Schema, aut, quocunque alio placuerit appellari nomine, Opus aliquod, in quo liceret intueri quam inter ſe connexionem habeant in tota Summa diſputatæ triplici Parte, tot Tractatibus, pluribus ac penè innumeris Quæſtionibus; tot tamque variæ materiæ, nullum, quod ſciam, hactenus datum.

Hoc Litteratorum, ac in primis S. Thomæ Diſcipulorum ſtudio, deeſſe ſubſidium ratus Auguſtinus Hunnæus, Academiæ Lovanienſis olim Profeſſor celeberrimus, eam, quæ ejus diligentiâ prodiit, caſtigatiorem Summæ D. Thomæ Editionem, auſu quidem novo, dare aggreſſus eſt auctiorem ac locupletiorem quibuſdam Schematibus, quibus, ſummâ concinnatis induſtriâ, hoc, quod præcipuè deſiderabatur, præſtitit, ut & quæſtionum inter ſe conſequentiam, & D. Thomæ methodum clarè & perſpicuè ob oculos poneret.

Verum ille, cum *Secundam Secundæ* ſolummodo tunc ſuſcepiſſet *Schematibus illuſtrandam, ſua quoque & aliis partibus Schemata aliquando accommodaturus, ſi vita vireſque corporis id conceſſiſſent*, quod in Epiſtola nuncupatoria ad Summum Pontificem Gregorium XIII. fuerat pollicitus; nec aliud tamen, voti (ut credere par eſt) minimè compos, inveniatur attigiſſe de aliis partibus, niſi (quæ eſt de Tertia) Doctrinam de Sacramentis; de quibus in poſterioribus Editionibus extat ejuſdem Auctoris Schema; quantò faciliorem exitum habuit ſuſceptus Labor, tantò majus reliquit deſiderium integri Operis, quo, per deductam à Capite ad calcem ſingularum Partium & Quæſtionum ſeriem, totius Summæ accurata methodus, vel in uno Schemate, cerneretur.

Non eſt verò, Sacræ Doctrinæ Cultor ſtudioſe, quod Hunnæi operam deſideres. Non eſt cur ipſius ingenij nullum relictum hæredem doleas: Habes hîc, non Hunnæi quidem, ſed ipſum D. Thomæ Angelicum genium. Nec aliunde repetendum fuit, quod apud ipſum Sanctum Doctorem in promptu erat reperire; neque noſtris adeo indiguit verbis, qui ſuos ſenſus tam fœliciter expreſſit; ſatis fuit nimirum novâ Methodo ipſius Auctoris verba ordinare; & ſingula, non ut jacent in oratione continua, ſine contextu; verum, ut ſolet ars in mente, ſic in charta, quantum fieri potuit, ea diſponere, & in Schema digerere.

Hâc arte, hac methodo uti conſuevêre, qui ea tradunt, quæ longâ conſtant ſerie, in plures, quo magis producitur, ſe ſe findente derivationes, ſive ramos, quam adeo docentis mens aſſequi vix poteſt, multò difficiliùs ſermo eloqui, difficillimè auditoris animus conſequi, memoria complecti. Ubi deficit os loquentis, ibi deſcribentis adhibetur manus; & ſic quæ, demiſſa per aurem ſegniùs ſubirent animos, ſtatim, oculis ſubjecta fidelibus, irrumpunt.

Non aliter, ut ſpero, Divinæ Sapientiæ cupide Sectator, tibi continget, ſi hoc noſtrum Opuſculum (ſi tamen noſtrum, non D. Thomæ potiùs, quem colis, dicendum) inſpicere, & à primo per ſingula Schemata non piguerit diſcurrere; ſimul enim & totius Summæ Theologicæ magni Aquinatis perſpicies ordinem, mirabere Doctoris Angelici ſapientiam, & de quibus & quo Ordine in Theologia diſputari ſoleat cognoſces, quin etiam quo loco de unaquaque materia agatur, & ubi apud S. Thomam ſit requirenda, innoteſcet tam facilè, ut nec ducis, nec indicis ope, ad reperiendum quodcumque volueris, indigeas.

Hîc enim & Schema generale, totius Summæ diviſionem continens, in tria diviſum pro ratione trium Summæ partium, & rurſus cujuſque partis Schema generale in plura partitum alia invenies, prout exiget ſubjectorum cuique parti Tractatuum ratio & numerus.

Et ea quidem in tot partes diſtribuere minimè fuiſſet opus, quia & Schemate uno totius Summæ diviſionem ad Quæſtiones, atque etiam ad ipſos uſque articulos comprehendere, nullum fuiſſet negotium, ſi expanſo folio (ut primùm viſum fuerat) uti libuiſſet. Verùm quia in

Digitized by Google

immenſum penè hujuſmodi Volumen excreviſſet (id, quod ratio Codicis expoſtulabat, quem omnibus fore commodiorem minimè dubium erat) Schemata multiplicare neceſſum fuit.

In ea tamen multiplicatione non ultra ſingulorum Tractatuum limites progreſſum eſt, ut ſic ſingulis ſuum eſſet attributum Schema, unicâ utplurimum paginâ contentum : In quo, quem velles Tractatum, in ſuas partes ad Quæſtiones uſque diſtributum, uno obtutu poſſes inſpicere, ut & Tractatûs cujuſque cum aliis connexionem in alio ſuperiore Schemate videre : Ita ut, & à membris inferioribus ad caput aſcendendo, componere ; & à capite ad ſubjecta membra deſcendendo, (quæ lex eſt Analyſeωs) totum in partes liceret reſolvere, aut reſolutum conſiderare.

Quia verò, dum in priorum Quæſtionum præfatiunculis D. Thomas eorum, quæ deinceps tractanda ſunt, diviſionem primò proponit, aliis ſæpè verbis utitur, atque aliis rurſum, dum ad inferiores & ultimas uſque progreſſus, ſingula membra in propriarum Quæſtionum, ſive titulis ſive præfatiunculis diſputanda exhibet ; Ad majorem fidem, & pleniorem ſenſum præmiſſis earumdem priorum præfatiuncularum verbis, prout titulorum verba requirent, vel eadem, vel diverſa, ſubjectum reperies, *De quo ſub eodem titulo*, vel *De quo ſub titulo*, &c.

Duplici uſi ſumus Charactere, Romano & Italico, & utroque ; iterum duplici ; Romanum, vel etiam Italicum tum grandiorem, tum majuſculum iis quæ præcipua eſſent, ut membris dividentibus, & ipſis Quæſtionum titulis aſſignavimus ; Romanum minorem, quem Ciceronem ſive Ciceronianum vulgò vocant Typographi, quibuſdam aliis, quæ ſumpta eſſent ex ipſis propriarum Quæſtionum præfatiunculis, vel ad pleniorem earumdem intelligentiam à nobis interjecta, vel ad rerum connexionem exprimendam exhibita. Semper autem Romanum & Italicum grandiorem, vel Romanum etiam minorem ipſis D. Thomæ verbis dedimus, & quibuſdam titulis, qui nobis de noſtro fuerunt addendi, quibus ſunt Schema generale, &c. Schema primum, &c. quos titulos majuſculis litteris Romanis inſigniendos cenſuimus. Cætera, quæ pauciſſima ſunt, quæque verbis D. Thomæ non potuimus non interſerere, vel adnotare ad marginem, Charactere Italico exiliore ab ipſo Auctoris textu diſtinximus.

Quantuluſcunque ſit hic noſter Labor, Lector benigne, ſi, quem opto, & ſpero, ex eo percipias fructum, fore tibi non ingratum exiſtimo. Certè cum ea ſit Summæ methodus, quam ex tot ſapientibus Viris, qui abs ætate S. Thomæ Doctorum nomen, & munus in celeberrimis totius orbis Chriſtiani Academiis ſuſtinuerunt, nullus tentavit perficere, ut deficientem ; nullus dedignatus eſt ſequi, ut ſe minus dignam ; nullus non gloriatus eſt tenere, ut ab Angelo acceptam, nunquam mei me pœnitebit conſilij.

Satis fuerit proluſiſſe in hoc quaſi quodam ingenij conatu. Hanc ſi tibi non diſplicuiſſe Summæ totius D. Thomæ Analyſim primam ; ſi tua juviſſe Studia ſenſero, ejuſdem Analyſim ultimam, ſive ipſam Doctoris Angelici Doctrinam, quæ in ipſis Summæ articulis continetur, eâdem digeſtam methodo, quin ocyus habeas, me non moraturum confide. Vale.

Licentia

Digitized by Google

Licentia Admodum Reverendi Patris PRÆPOSITI Generalis.

JOANNES Vincentius Præpoſitus Generalis Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ. Cum Opus Theologicum à R. Patre ANTONIO LE-FRANÇOIS ejuſdem Congregationis Sacerdote compoſitum, cui titulus eſt *Totius Summæ Theologicæ D. Thomæ Aquinatis, ac Supplementi tertiæ Partis Synopſis Analytica, &c.* Duo Theologi ejuſdem Congregationis recognoverint, ac in lucem edi poſſe judicaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur. In quorum fidem præſentes, manu noſtrâ ſubſcriptas, & ſigillo officij noſtri munitas, dedimus Tholoſæ in Collegio noſtro Squillano, die decimâ tertiâ menſis Novembris, anni Domini milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi quinti.

J. VINCENTIUS PRÆPOSITUS, Generalis qui ſuprà.

APPROBATIONES DOCTORUM.

EGo infra ſcriptus in Sacra Theologiæ Facultate Pariſienſi Doctor & Socius Sorbonicus, & in Sorbonæ Scholis Profeſſor Regius, *Summæ Theologicæ D. Thomæ Aquinatis, ac Supplementi tertiæ Partis Synopſim Analyticam,* ab ANTONIO LE FRANÇOIS Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ Preſbytero conſcriptam legi, & ut Doctoris Angelici menti ac ſcriptis planè conformem probavi, ac luce dignam judico. Datum Pariſiis Kal. Julij anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.

DESPERIERS.

S*Ummæ Theologicæ D. Thomæ Aquinatis, ac Supplementi tertiæ Partis Synopſim Analyticam*, quâ mirabilis Operis tractatus ſinguli propriis Schematibus deſcribuntur, ac oculis ita ſubjiciuntur, ut ordo, qui Doctoris Angelici eximium Opus maximè commendat, uno velut intuitu conſpici poſſit, legimus, probavimus, &, ut in publicum Scholæ Thomiſticæ commodum, luce dignam judicamus. Alteram ab eodem Auctore R. P. ANTONIO LE-FRANÇOIS, Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ Preſbytero edendam, ſingulorum ejuſdem Summæ articulorum Analyſim avidè expectantes. Datum Pariſiis in Majori Conventu & Collegio Fratrum Prædicatorum Pariſienſium Sancti Jacobi nuncupato, Kal. Julij anno Chriſti 1677.

Fr. FRANCISCUS CHAUSSEMER,
in Sacra Facultate Pariſienſi Doctor & Profeſſor,
necnon Regi Chriſtianiſſimo à Concionibus.

Fr. NATALIS ALEXANDRE, in Sacra
Facultate Pariſienſi Doctor Theologus, & ejuſdem
Collegij Regens.

PRIVILEGE

Digitized by Google

PRIVILEGE DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE : A nos amez & feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, Maîtres des Requeſtes ordinaires de nôtre Hôtel, Grand Conſeil, Baillifs, Senéchaux ou leurs Lieutenans, & à tous nos autres Juſticiers & Officiers : SALUT. Nos chers & bien-amez JEAN GIRIN, & BARTHELEMY RIVIERE Marchands Libraires de nôtre bonne Ville de Lyon, Nous ont fait tres-humblement remontrer que depuis vingt années ils n'ont ceſſé, & continuent encore à preſent de donner leurs ſoins & applications à faire imprimer pluſieurs Livres tres-utiles & neceſſaires au Public & à la Religion, & entr'autres celuy intitulé *Jacobi Tirini Commentarius in Sacram Scripturam*, & la *Somme de Saint Thomas* ; ſur laquelle ils ont fait faire nouvellement par le R. Pere LE-FRANÇOIS, Pariſien, Prêtre de la Congregation de la Doctrine Chrêtienne, une augmentation d'un Traité tres-neceſſaire pour la parfaite intelligence & éclairciſſement dudit Livre intitulé *Totius Summa Theologica Divi Thoma, ac Supplementi Synopſis Analytica*, laquelle augmentation ils deſirent faire imprimer conjointement avec ladite *Somme de S. Thomas*, & ledit *Commentaire ſur la Sainte Ecriture* : Mais d'autant que leurs peines & travaux ne leur ſeroient d'aucun fruit, ſi d'autres Libraires avoient la liberté de faire imprimer leſdits Livres, aprés que leſdits GIRIN & RIVIERE en auroient fait les frais, ce qui leur cauſeroit une perte tres-conſiderable, & les mettroit meſme dans l'impuiſſance de faire travailler à l'avenir ; Ils Nous ont tres-humblement ſupplié de leur accorder nos Lettres de Privilege ſur ce neceſſaires.

A CES CAUSES les deſirans favorablement traiter, & les exciter à continuer leur aſſiduité à l'Impreſſion des Ouvrages ſi utiles & neceſſaires : NOUS leur avons permis & permettons par ces preſentes, de faire reimprimer par tout nôtre Royaume, Païs, Terres, & Seigneuries de nôtre obeïſſance, en telle marge, tels caracteres, & forme de Volume qu'ils jugeront à propos, ladite *Somme de Saint Thomas*, avec ladite augmentation intitulée *Totius Summa Theologica Divi Thoma, ac Supplementi Synopſis Analytica*, & ledit Livre intitulé *Jacobi Tirini Commentarius in Sacram Scripturam*, & ce durant le temps & eſpace de vingt années, à compter du jour qu'ils ſeront achevez d'imprimer pour la premiere fois en vertu des Preſentes. FAISANS tres-expreſſes inhibitions & défenſes à toutes ſortes de perſonnes, de quelles qualitez & condition qu'elles ſoient, autres que celles qu'ils auront choiſi, de faire imprimer, vendre ny debiter en aucun endroit de ce Royaume, leſdites *Somme de S. Thomas, Augmentation*, &c. *Tirinus in Sacram Scripturam*, conjointement ny ſeparément, ſous quel pretexte que ce ſoit ; d'en apporter ou garder aucun Exemplaire de ceux qui pourroient avoir eſté contrefaits aux Païs étrangers, & meſme de reimprimer leſdits Livres ſur les anciennes Editions ; nonobſtant le Reglement du 27. Février 1665. à ce contraire, auquel nous avons derogé, pour ce regard ſeulement ; & ce à peine de dix mille livres d'amande, payable ſans deport par châcun des Contrevenans, applicables un tiers à l'Hôtel-Dieu de nôtre bonne Ville de Paris, un tiers auſdits Expoſans, & un tiers au Denonciateur ; confiſcation des Exemplaires, de tous dépens, dommages & intereſts, meſme aux peines portées par l'Arreſt du Parlement du 26. Février 1671. donné ſur les Concluſions de nôtre Procureur General, & publié en la Chambre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs. A condition auſſi qu'il en ſera mis deux Exemplaires en nôtre Bibliotheque publique, un en celle de nôtre Château du Louvre, & un autre en celle de nôtre tres-cher & feal Chevalier Chancellier le ſieur D'ALIGRE, avant qu'en expoſer aucun en vente, à peine de nullité des Preſentes : Du contenu deſquelles Nous vous mandons que vous faſſiez joüir pleinement & paiſiblement leſdits GIRIN & RIVIERE, & tous ceux qui auront droit d'eux, ſans permettre qu'il ſoit fait aucun tort, trouble ny empêchement. VOULONS qu'en mettant au commencement ou à la fin deſdits Livres Copie ou Extrait des Preſentes, elles ſoient tenuës pour bien & deuëment ſignifiées, & que foy ſoit ajoûtée aux Copies d'icelles collationnees par l'un de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, comme à l'Original. MANDONS au premier Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, de faire pour l'execution des Preſentes tous Actes neceſſaires, ſans demander aucune autre Permiſſion ; CAR TEL EST NÔTRE PLAISIR : Nonobſtant oppoſitions ou appellations quelconques, & ſans préjudice d'icelles ; dont ſi aucunes interviennent, Nous nous reſervons la connoiſſance & à nôtre Conſeil, l'interdiſant à toutes autres Cours & Juges ; nonobſtant auſſi Clameur de Haro, Chartre Normande, & autres Lettres à ce contraires. DONNE' à Verſailles le 7. jour d'Octobre, l'An de Grace 1677. Et de nôtre Regne le trente-cinquiéme.

Par le Roy, LE GROS.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, le 4. Janvier 1678. ſuivant l'Arreſt du Parlement du 8. Avril 1653. & celuy du Conſeil Privé du Roy du 27. Février 1665.

Signé, E. COUTEROT, Syndic.

Achevé de reimprimer pour la premiere fois, depuis l'obtention du Privilege cy-deſſus, le 3. Novembre 1679.

Les Exemplaires ont eſté fournis.

TOTIUS

Digitized by Google

TOTIUS SUMMÆ THEOLOGICÆ SANCTI THOMÆ AQUINATIS, AC SUPPLEMENTI TERTIÆ PARTIS SYNOPSIS ANALYTICA.

PROLOGUS ABBREVIATUS.

EA, quæ ad Sacram Doctrinam pertinent, cum confidentiâ divini auxilij, toto hocce opere breviter ac dilucidè proſequuturi, ut hujus intentio ſub aliquibus certis limitibus comprehendatur, neceſſarium eſt primò inveſtigare DE IPSA SACRA DOCTRINA QUALIS SIT, ET AD QUÆ SE EXTENDAT. *De quo ſub eodem ferè titulo*, DE SACRA DOCTRINA QUALIS SIT, ET AD QUÆ SE EXTENDAT. *Quæſtione* 1ª. *diſtinctâ in articulos* 10

SCHEMA GENERALE

TOTIUS SUMMÆ DIVISIONEM COMPLECTENS.

Quia principalis intentio hujus Sacræ Doctrinæ eſt Dei cognitionem tradere,
- Non ſolùm SECUNDUM QUOD IN SE EST;
- Sed etiam SECUNDŨ QUOD EST RERUM, &
  - PRINCIPIUM.
  - FINIS; ET SPECIALITER RATIONALIS CREATURÆ.

(Non ſolùm … in ſe eſt; & Principium →) 1°. *Sive* PRIMÂ; (Finis; et ſpecialiter rationalis Creaturæ →) 2°. *Sive* SECUNDÂ; 3°. *Sive* TERTIÂ

PARTE, (Ad hujus Doctrinæ expoſitionem intendentes) tractabimus
- DE DEO. *De quo* SCHEM. GENERALI 1ª. PARTIS.
- DE MOTU RATIONALIS CREATURÆ IN DEUM. *De quo* SCHEM. GENERALI 2ª. PARTIS.
- DE CHRISTO, QUI, SECUNDUM QUOD EST HOMO, VIA EST NOBIS TENDENDI IN DEUM. *Sive* De ipſo omnium Salvatore, ac beneficiis ejus humano generi præſtitis. *De quo* SCHEM. GENERALI 3ª. PARTIS.

SCHEMA PRIMUM GENERALE

TOTIVS PRIMÆ PARTIS DIVISIONEM CONTINENS.

DE DEO.

Conſideratio DE DEO tripartita erit: nãque conſiderabimus	1.	Ea, quæ pertinent ad	Essentiam Divinam. *De quo* Schem. 2
	2.		Distinctionem, *ſive* Trinitatem Personarum. *De quo* Schem. 3
	3.		Processum Creaturarum ab Ipso, *ſive* a Deo. *De quo* Schem. 4

SCHEMA

SCHEMA II.

DE ESSENTIA DIVINA.

Circa Eſſentiã Divinam conſiderandum eſt

- 1. De his, quæ ad Divinæ Eſſentiæ unitatem pertinent. Circa quod conſiderandum eſt
  - 1. An Deus sit. *De quo ſub titulo*, De Deo, an Deus sit. *Quaſt. 2. d. in a. 3*
  - 2. Quomodo sit. Ut ſciatur de eo, quid ſit. Sed quia de Deo ſcire non poſſumus, quid ſit, ſed quid nõ ſit, non poſſumus cõſiderare de eo, quomodo ſit: ſed potius, quomodo non ſit. Itaque cõſiderandum eſt, Quomodo Deus
    - 1. Non sit, removendo ab eo ea, quæ ei non conveniunt, utpotè
      - 1. Compoſitionem. Hæc autem removetur ab eo per Simplicitatem. Itaque inquiratur
        - 1. De *ipſa* Dei Simplicitate. *De quo ſub eod. tit.* 3. 8
        - 2. *De pertinentibus ad Simplicitatem Dei.* Et quia Simplicia in rebus Corporalibus ſunt, &
          - 1. Imperfecta. / 2. Partes. *Sub hoc titulo inquiretur* de Dei
            - 1. Perfectione. Et quia unũquodque, ſecũdum quod eſt perfectũ, ſic eſt bonũ, agendum eſt
              - 1. De *ipſa* Dei Perfectione. *De quo ſub eod. tit.* 4. 3
              - 2. De Dei Bonitate *perfectionem ipſius conſequente*, &
                - 1. De Bonitate in Communi. *De quo ſub eod. tit.* 5. 6
                - 2. De *ipſa* Bonitate Dei. *De quo ſub eod. tit.* 6. 4
            - 2. Infinitate. Et quia Deo attribuitur quod ſit ubique, & in omnibus rebus, inquantum eſt incircumſcriptibilis & Infinitus; conſiderandum eſt
              - 1. De *ipſa* Infinitate Dei. *De quo ſub eod. tit.* 7. 4
              - 2. De Exiſtentia Dei in rebus, *ipſius Infinitatem conſequente. De quo ſub eod. tit.* 8. 4
      - 2. Motum. Hic autem removetur à Deo per Immutabilitatem. Et quia Immutabilitatem conſequitur Æternitas Divina, conſiderandum eſt
        - 1. De *ipſa* Dei Immutabilitate. *De quo ſub eodem titulo.* 9. 2
        - 2. De Dei Æternitate *ipſius Immutabilitatem conſequente. De quo ſub eod. tit.* 10. 6
      - 3. Alia hujuſmodi, *purà pluralitatem. Hæc autem removetur à Deo per Unitatem.* Itaque conſiderandum eſt de Unitate Dei. *De quo ſub eodem tit.* 11. 4
    - 2. Cognoſcatur à nobis. *De quo ſub tit.* Quomodo Deus a nobis, *ſive* à Creaturis Cognoſcatur. 12. 13
    - 3. Nominetur a nobis. Unumquodque enim nominatur à nobis, ſecundum quod ipſum cognoſcimus. *De quo ſub tit.* De nominibus Dei. 13. 12
  - 3. Ea, quæ ad Operationem ipſius pertinent. Et quia Operatio quædam
    - 1. Manet in Operante. Eſt autem, &
      - 1. Intelligere in Intelligente. / 2. Velle in Volente. Agẽdum
        - 1. De Scientia Dei, &
          - 1. De *ipſa* Scientia Dei. *De quo ſub eod. tit.* 14. 16
          - 2. *De pertinentibus ad Sciẽtiã Dei.* Quia verò
            - 1. Cognitum eſt in Cognoſcente. Rationes autem rerum, ſecundum quod in Deo sũt, ideæ vocantur.
            - 2. Scientia verorum eſt.
            - 3. Intelligere eſt quoddam vivere.

            Conſiderationi de Scientia Dei adjungẽda eſt cõſideratio
            - 1. De Ideis. *De quo ſub eod. tit.* 15. 3
            - 2. De Veritate. Circa quod conſiderandum eſt
              - 1. De *ipſa* Veritate. *De quo ſub eod. tit.* 16. 8
              - 2. De Falſitate. *De quo ſub eod. tit.* 17. 4
            - 3. De Vita Dei. *De quo ſub eod. tit.* 18. 4
        - 2. De Voluntate Dei. Ut ſit conſideratio
          - 1. De ipsa Dei Voluntate. *De quo ſub tit.* De Voluntate Dei. 19. 12
          - 2. De his, quæ ad Voluntatem Dei pertinent
            - 1. Abſolutè. In parte autem appetitiva inveniuntur in nobis
              - 1. Paſſiones, ut eſt
                - 1. Gaudium.
                - 2. Amor.
                - 3. Hujuſmodi.
              - 2. Habitus Moralium Virtutum, ut eſt
                - 1. Juſtitia.
                - 2. Fortitudo.
                - 3. Hujuſmodi.

              Unde cõſiderãdum eſt
              - 1. De Amore Dei. *De quo ſub eo. tit.* 20. 4
              - 2. De Juſtitia et Miſericordia Dei. *De quo ſub eo. tit.* 21. 4
            - 2 *Reſpectivè, ſive* ad Intellectum in ordine ad Voluntatem: *ſive* quæ reſpiciunt ſimul Intellectũ & Voluntatem, hujuſmodi ſunt
              - 1. Providentia reſpectu omnium. *De quo ſub tit.* De Providentia Dei. 22. 4
              - 2. &
                - 1. Prædeſtinatio, et Reprobatio.
                - 2. Quæ ad hæc conſequuntur

                Reſpectu hominum, ſpecialiter in ordine ad æternam ſalutem. Itaq; cõſiderãdũ eſt
                - 1. De Prædeſtinatione. *De quo ſub eodem titulo.* 23. 8
                - 2. De Libro Vitæ. *De quo ſub eodem tit.* 24. 3
    - 2. Procedit in exteriorem effectum. *De quo ſub tit.* De Divina Potentia. 25. 6
- 2. & Ultimò. De Divina Beatitudine. *De quo ſub eodem titulo.* 26. 4

Hac 1. principalis diviſio ſumpta eſt ex præfat. ad qu. 26. ubi ſupponitur.

SCHEMA III.

DE DISTINCTIONE, *ſive* TRINITATE PERSONARUM.

Quia Perſonæ ſecūdùm relationes originis diſtinguuntur, ſecundùm ordinē doctrinæ cōſiderandum eſt

- 1. De Origine, ſive Processione. *De quo ſub titulo*, De Processione Divinarum Personarum. *Quæſt. 27. d. in a. 5*
- 2. De Relationibus Originis. *De quo ſub tit.* De Relationibus Divinis. 28. 4
- 3. De Personis, ſecundùm conſiderationem
  - 1. Abſolutam. De quibus oportet conſiderare
    - 1. In Communi. Ad cōmunem autem conſiderationē Perſonarum videtur pertinere
      - 1. Significatio hujus nominis, Persona. *De quo ſub tit.* De Personis Divinis. 29. 4
      - 2. Numerus. *De quo ſub tit.* De pluralitate Personarum in Divinis. 30. 4
      - 3. Ea, quæ conſequuntur numerum Perſonarum, vel ei opponuntur, ut diverſitas, & ſimilitudo, & hujuſmodi. *De quo ſub tit.* De his quæ ad unitatem et pluralitatem pertinent in Divinis. 31. 4
      - 4. Ea, quæ pertinent ad notitiam Perſonarum. *De quo ſub tit.* De Divinarum Personarum cognitione. 32. 4
    - 2. De Singulis Perſonis, & (1. 2. 3.) De Perſona
      - 1. Patris. *De quo ſub eod. tit.* 33. 4
      - 2. Filii. Attribuuntur autē tria nomina Filio, ſcilicet Filius, Verbum, & Imago. Sed ratio Filij ex ratione Patris conſideratur; unde reſtat conſiderandum
        - 1. De Verbo. *De quo ſub titulo*, De Persona Filii. 34. 3
        - 2. De Imagine. *De quo ſub eodem titulo.* 35. 2
      - 3. Spiritûs Sancti. Sive de his quæ pertinent ad Perſonā Spiritûs Sācti, qui non ſolū dicitur Spiritûs Sanctus, ſed etiam Amor & Donum Dei, ac (1. 2. 3.) De nomine
        - 1. Ac *ipſa* Persona Spiritûs Sancti. *De quo ſub eod. tit.* 36. 4
        - 2. Spiritûs Sancti, quod eſt Amor. *De quo ſub eod. tit.* 37. 2
        - 3. Spiritûs Sancti, quod eſt Donum. *De quo ſub eod. tit.* 38. 2
  - 2. Comparativam. Sive in comparatione ad
    - 1. Essentiam. *De quo ſub tit.* De Personis ad essentiam relatis. 39. 8
    - 2. Proprietates. *De quo ſub tit.* De Personis in comparatione ad relationes, ſive proprietates. 40. 4
    - 3. Actus notionales. *De quo ſub titulo*; De Personis in comparatione ad actus notionales. 41. 6
    - 4. Invicem, & (1. 2.) Quantum ad
      - Æqualitatem et ſimilitudinem. *De quo ſub tit.* De æqualitate et ſimilitudine divinarum Personarum ad invicem. 42. 6
      - Missionem. *De quo ſub tit.* De Missionibus divinarum Personarum. 43. 8

SCHEMA

Digitized by Google

SCHEMA IV.

DE PROCESSU CREATURARUM A DEO.

Eſt autẽ hæc conſideratio tripartita, ut conſideretur De Creaturarum, ſive rerum

- 1. Productione. *De quo* Schem. 5
- 2. Distinctione. *De quo* Schem. 6
- 3. Conſervatione & Gubernatione. *De quo* Schem. 13

SCHEMA V.

DE PRODUCTIONE CREATURARUM.

Circa hoc tria ſunt conſideranda

- 1. Quæ ſit prima Cauſa entium. *De quo ſub tit.* De Proceſſione Creaturarum a Deo, et de omnium entium prima Cauſa. *Quæſt.* 44. *d. in a.* 4
- 2. De modo procedendi Creaturarum a prima Cauſa. *De quo ſub titulo,* De modo emanationis rerum a primo principio, qui dicitur Creatio. 45. 8
- 3. De principio durationis rerum Creatarum. *De quo ſub eod. tit.* 46. 3

SCHEMA VI.

DE DISTINCTIONE CREATVRARVM, ſive rerum.

Et

- 1. In Communi. *De quo ſub titulo,* De distinctione rerum in Communi. *Quæſt.* 47. *d. in a.* 3
- 2. *In Speciali,* ac De distinctione
  - 1. Boni et mali. Circa quod inquirendum
    - 1. De malo. *De quo ſub tit.* De distinctione rerum in ſpeciali. 48. 6
    - 2. De cauſa mali. *De quo ſub eod. tit.* 49. 3
  - 2. De distinctione Corporalis et Spiritualis Creaturæ. *De quo ſub eod. tit.* Schem. 7

Digitized by Google

SCHEMA VII.

DE DISTINCTIONE CORPORALIS, ET SPIRITUALIS CREATURÆ.

Circa quod conſiderandum eſt
- 1. De Creatura Pure' Spirituali, quæ in Scriptura Sacra Angelus nominatur. *De quo* Schem. 8
- 2. De Creatura Pure' Corporali. *De quo* Schem. 9
- 3. De Creatura Composita ex Corporali et Spirituali, quæ est, Homo. *De quo* Schem. 10

SCHEMA VIII.

DE CREATURA PURE' SPIRITUALI, QUÆ IN SCRIPTURA SACRA ANGELUS NOMINATUR.

Circa Angelos conſiderãdum eſt de his quæ pertinẽt ad eorum

- 1. Substantiam: de Substantia autem Angelorum conſiderandum eſt
  - 1. Absolute'. *De quo ſub tit.* De Substantia Angelorum absolute'. *Quæſt.* 50. *&, in a.* 5
  - 2. Per comparationem ad Corporalia, & De comparatione Angelorum ad
    - 1. Corpora. *De quo ſub eod. tit.* 51. 3
    - 2. Loca Corporalia. *De quo ſub eodem titulo.* 52. 3
    - 3. Motum Localem. *De quo ſub tit.* De motu Locali Angelorum. 53. 3
- 2. Intellectum. Hæc autem conſideratio eſt quadripartita: nam conſiderandum eſt
  - 1. De his, quæ pertinent ad virtutem Cognoscitivam Angeli. *De quo ſub titulo,* De Cognitione Angelorum. 54. 5
  - 2. De his, quæ pertinent ad medium Cognoscendi ipsius. *De quo ſub tit.* De medio Cognitionis Angelicæ. 55. 3
  - 3. De his, quæ ab eo Cognoscuntur, & De Cognitione rerum
    - 1. Immaterialium. *De quo ſub tit.* De Cognitione Angelorum respectu immaterialium. 56. 3
    - 2. Materialium. *De quo ſub tit.* De Angelorum Cognitione respectu rerum materialium. 57. 5
  - 4. De modo Cognitionis ipsius. *De quo ſub tit.* De modo Cognitionis Angelicæ. 58. 7
- 3. Voluntatem. Conſiderando
  - 1. De ipsa Voluntate. *De quo ſub titulo,* De Voluntate Angelorum. 59. 4
  - 2. De motu ejus, qui est amor, sive dilectio. *De quo ſub tit.* De Amore et Dilectione Angelorum. 60. 5
- 4. Creationem, ſive Universaliter de eorum exordio. Hæc autẽ conſideratio tripartita eſt. Nam conſiderabimus Quomodo
  - 1. Producti sunt Angeli in esse naturæ. *De quo ſub tit.* De Productione Angelorum in esse naturæ. 61. 4
  - 2. Perfecti sunt in gratia, vel gloria, ſive in eſſe gratiæ & gloriæ. *De quo ſub tit.* De Perfectione Angelorum in esse gratiæ et gloriæ. 62. 9
  - 3. Aliqui ex eis facti sint mali. Quantum ad malum
    - 1. Culpæ. *De quo ſub tit.* De Angelorum malitia, quoad culpam. 63. 9
    - 2. Pœnæ. *De quo ſub tit.* De pœna Dæmonum. 64. 4

SCHEMA

Digitized by Google

SCHEMA IX.

DE CREATURA PURE CORPORALI.

Quia in productione Creaturæ purè Corporalis triplicia opera Scriptura commemorat, ſcilicet Opus

- 1. Creationis, cum dicitur *Gen.* 1. *v.* 1. In principio creavit DEUS Cœlum et Terram.
- 2. Diſtinctionis, cum dicitur *Ib. v.* 4. & 7. Diviſit Lucem a tenebris, et aquas quæ ſunt ſupra Firmamentum, ab aquis quæ ſunt ſub Firmamento.
- 3. Ornatûs, cum dicitur *Ib. v.* 14. Fiant Luminaria in Firmamento.

Ideo conſiderandū eſt De Opere

- 1. Creationis. *De quo ſub tit.* De Opere Creationis Creaturæ Corporalis. *Quæſt. 65. d. in a.* 4
- 2. Diſtinctionis; in quo cōſiderandū eſt
  - 1. De ordine Creationis ad diſtinctionem. *De quo ſub eod. tit.* 66. 4
  - 2. De ipſa diſtinctione ſecundum ſe; & De Opere
    - 1. Primæ diei. *De quo ſub tit.* De Opere diſtinctionis ſecundum ſe. 67. 4
    - 2. Secundæ diei. *De quo ſub eod. tit.* 68. 4
    - 3. Tertiæ diei. *De quo ſub eod. tit.* 69. 2
- 3. Ornatûs, &
  - 1. De ſingulis diebus ſecundum ſe. Circa quod conſiderandum eſt
    - 1. De Opere quartæ diei. *De quo ſub tit.* De Opere Ornatûs quantum ad quartum diem. 70. 3
    - 2. De Opere quintæ diei. *De quo ſub eod. tit.* 71. 1
    - 3. De Opere ſextæ diei. *De quo ſub eod. tit.* 72. 1
    - 4. De his quæ pertinent ad ſeptimum diem. *De quo ſub eod. tit.* 73. 3
  - 2. De omnibus diebus in communi. *De quo ſub eodem titulo.* 74. 3

SCHEMA X.

DE CREATURA COMPOSITA EX CORPORALI ET SPIRITUALI, QUÆ EST HOMO.

Circa quod conſiderandum eſt De ipſius Hominis

- 1. Natura. *De quo* Schem. 11
- 2. Productione. *De quo* Schem. 12

Digitized by Google

SCHEMA XI.

DE NATURA IPSIUS HOMINIS.

Naturam hominis cõſiderare pertinet ad Theologos ex parte animæ, non autem ex parte corporis, niſi ſecundum habitudinem quam habet ad corpus. Quare prima conſideratio circa animam verſabitur; & quia ſecũdum Dion. c. 2. Aug. Hier. Tria inveniuntur in ſubſtãtiis ſpiritualibus.

- 1. Eſſentia.
- 2. Virtus.
- 3. Operatio.

Cõſideranda ſunt Ea, quæ pertinent ad Animæ

- 1. Eſſentiam. Circa quod duplex occurrit conſideratio
  - 1. De ipsa Anima secundum se. *De quo ſub titulo,* De Homine qui ex spirituali et corporali substantia componitur, et primò de his, quæ pertinent ad Eſſentiam Animæ. *Quæſt. 75. d. in a.* 7
  - 2. De unione Animæ ad Corpus. *De quo ſub eod. titulo.* 76. 8
- 2. Virtutem, *ſive* Potentias Animæ, &
  - 1. In generali. *De quo ſub tit.* De his, quæ pertinent ad potentias Animæ in generali. 77. 8
  - 2. In speciali. Ad conſideratione autem Theologi pertinet quærere ſpecialiter ſolùm de Potentiis
    - 1. Intellectivis.
    - 2. Appetitivis, in quibus virtutes inveniũtur.

    Sed quia cognitio harũ potẽtiarũ quodammodo depẽdet ex aliis: ideò noſtra cõſideratio de potentiis animæ in ſpeciali erit tripartita. Namque conſiderandum
    - 1. De his, quæ sunt præambula ad intellectum. *De quo ſub titulo,* De potentiis Animæ in speciali. 78. 4
    - 2. De potentiis intellectivis. *De quo ſub eod. tit.* 79. 13
    - 3. De potentiis appetitivis. Circa quod conſiderandum
      - 1. De appetitu in communi. *De quo ſub tit.* De potentiis appetitivis in communi. 80. 2
      - 2. De sensualitate. *De quo ſub eodem titulo.* 81. 3
      - 3. De voluntate. *De quo ſub eod. tit.* 82. 5
      - 4. De libero arbitrio. *De quo ſub eod. tit.* 83. 4
- 3. Operationem. Circa quod nunc cõſiderandũ eſt de actibus, & habitibus animæ quantum ad potentias intellectivas & appetitivas: aliæ enim potentiæ non pertinent ad conſiderationem Theologi. Actus autem & habitus appetitivæ partis ad conſideratione moralis ſcientiæ pertinent. Et ideo in 2. part. huius operis de eis tractabitur, in qua conſiderandum eſt de morali materia. Nunc autẽ agetur de Intellectivæ partis
  - 1. Actibus. In conſideratione autẽ actuũ hoc modo procedent. Namque conſiderandum eſt quomodo Anima intelligit
    - 1. Corpori conjuncta. Hæc autẽ conſideratio tripartita eſt: nãque cõſiderãdum eſt, quomodo Anima intelligit
      - 1. Corporalia, quasi infra ipsam. Circa cognitionem autem corporalium tria conſideranda occurrunt
        - 1. Per quid ea cognoscit. *De quo ſub tit.* De Animæ cognitione respectu corporalium. 84. 8
        - 2. Quomodo et quo ordine. *De quo ſub tit.* De modo et ordine intelligendi. 85. 8
        - 3. Quid in eis cognoscat. *De quo ſub tit.* Quid intellectus noster in rebus materialibus cognoscat. 86. 4
      - 2. Seipsam, et ea, quæ in ipsa sunt. *De quo ſub tit.* Quomodo Anima intellectiva seipsam, et ea, quæ sunt in ipsa, cognoscat. 87. 4
      - 3. Substantias immateriales, quæ sunt supra ipsam. *De quo ſub tit.* Quomodo Anima humana cognoscat ea, quæ supra se sunt. 88. 3
    - 2. A Corpore separata. *De quo ſub tit.* De cognitione Animæ separatæ. 89. 8
  - 2. Habitibus. *Verùm de his nihil in hac parte invenitur diſputatum à S. Thoma; ſed tantummodo 2. parte, & quidem 1. 2. q. 50. a. 4. & q. 51. 52. 53. 54. 57. 58. a. 2. 3. 4. & 5. De his in Univerſali. 2ª. 2ª. autem in particulari q. 1. & ſeqq. de Fide, & q. 45. de Dono Sapientiæ, & q. 47. de Prudentia, & q. 52. de Dono Conſilij.*

SCHEMA XII.

DE PRODUCTIONE HOMINIS.

Circa hoc quatuor conſiderāda ſunt.

- 1. De productione ipsius Hominis. Circa quod tria conſideranda ſunt, ſcilicet De productione Hominis, quantum ad
  - 1. Animam. *De quo ſub tit.* De prima Hominis productione, quantum ad Animam. *Quæſt. 90. d. in ar.* 4
  - 2. Corpus viri. *De quo ſub tit.* De productione Corporis primi Hominis. 91. 4
  - 3. Productionem mulieris. *De quo ſub tit.* De productione mulieris. 92. 4
- 2. De fine productionis. *De quo ſub titulo*, De fine et termino productionis Hominis ut dicitur factus ad imaginem et similitudinem Dei. 93. 9
- 3. De statu et conditione Hominis primo producti, quantum ad
  - 1. Animam. Circa quod cōſideranda ſunt duo, De conditione Hominis, quantum ad
    - 1. Intellectum. *De quo ſub tit.* De statu et conditione primi Hominis, quantum ad intellectum. 94. 4
    - 2. Voluntatem. Circa quod conſideranda ſunt duo.
      - 1. De Gratia et Justitia primi Hominis. *De quo ſub tit.* De his, quæ pertinent ad voluntatem primi Hominis, Gratia ſcilicet, et Justitia. 95. 4
      - 2. De usu Justitiæ, quantum ad dominium supra alia. *De quo ſub tit.* De dominio quod Homini in statu innocentiæ competebat. 96. 4
  - 2. Corpus, quantum ad conservationem
    - 1. Individui. *De quo ſub tit.* De his, quæ pertinent ad statum primi Hominis, quantum ad individui conservationem. 97. 4
    - 2. Speciei, &
      - 1. De ipsa generatione. *De quo ſub titulo*, De pertinentibus ad conservationem speciei. 98. 2
      - 2. De conditione prolis genitæ, quantum ad
        - 1. Corpus. *De quo ſub tit.* De conditione prolis generandæ, quantum ad Corpus. 99. 2
        - 2. Justitiam. *De quo ſub titulo*, De conditione prolis generandæ, quantum ad Justitiam. 100. 2
        - 3. Scientiam. *De quo ſub titulo*, De conditione prolis generandæ, quantum ad Scientiam. 101. 2
- 4. De loco ejus. *De quo ſub tit.* De loco Hominis, qui est Paradisus. 102. 4

SCHEMA

Digitized by Google

SCHEMA XIII.

DE CONSERVATIONE ET GUBERNATIONE CREATURARUM.

Circa quod conſiderandum

- 1. In communi. *De quo ſub titulo*, De Gubernatione rerum in communi. *Quæſt.* 103. *d. in ar.* 8
- 2. In ſpeciali de effectibus gubernationis, &
  - 1. De Conservatione rerum. *De quo ſub titulo*, De Effectibus Divinæ Gubernationis in ſpeciali. 104. 4
  - 2. De mutatione Creaturarum, &
    - 1. De mutatione Creaturarum a Deo. *De quo ſub eod. tit.* 105. 8
    - 2. De mutatione unius Creaturæ ab alia. Eſt autem hæc conſideratio tripartita; nam conſiderandum eſt, Quomodo moveant
      - 1. Angeli, qui ſunt Creaturæ purè ſpirituales. Circa quod tria conſideranda occurrunt. Quomodo Angelus agat.
        - 1. In Angelũ. Circa quod oportet conſiderare de Angelorum
          - 1. Illuminatione. *De quo ſub tit.* Quomodo una Creatura aliam moveat, et 1°. de Angelorum illuminatione. 106. 4
          - 2. Locutione. *De quo ſub tit.* De locutionibus Angelorum. 107. 5
          - 3. Ordinatione ad invicem, tam bonorum quam malorum. (Di ctum eſt autem *q.* 106. *a.* 3. ſuperiores illuminare inferiores, & non è converſo,) &
            - 1. De Ordinatione bonorum Angelorum. *De quo ſub tit.* De Ordinatione Angelorum ſecundùm Hierarchias et Ordines. 108. 8
            - 2. De Ordinatione malorũ Angelorũ. *De quo ſub eod. tit.* 109. 4
        - 2. In Creaturam Corporalem. *De quo ſub tit.* De Præsidentia Angelorum ſuper Creaturam Corporalem. 110. 4
        - 3. In Homines, &
          - 1. Utrùm poſſit eos immutare ſua virtute naturali. *De quo ſub titulo*, De Actione Angelorum in Homines. 111. 4
          - 2. Quomodo mittantur a Deo in miniſterium Hominum. *De quo ſub tit.* De Miſſione Angelorum. 112 4
          - 3. Quomodo cuſtodiant Homines. Circa quod duo conſideranda ſunt
            - 1. De Cuſtodia bonorum Angelorum. *De quo ſub eodem tit.* 113. 8
            - 2. De impugnatione malorum Angelorum. *De quo ſub tit.* De Dæmonũ impugnatione. 114. 5
      - 2. Corpora. Circa quod conſideranda ſunt duo.
        - 1. De Actione Corporalis Creaturæ. *De quo ſub eod. tit.* 115. 6
        - 2. De fato quod aliquibus Corporibus attribuitur. *De quo ſub eod. tit.* 116. 6
      - 3. Homines, qui ſũt ex Spirituali et Cororali Natura compoſiti. Circa quod conſiderandũ
        - 1. De Actione Hominis. *De quo ſub tit.* De pertinentibus ad Actionem Hominis. 117. 4
        - 2. De Propagatione Hominis ex Homine; quantũ ad
          - 1. Animam. *De quo ſub tit.* De Traductione Hominis ab Homine, quantum ad Animam. 118. 3
          - 2. Corpus. *De quo ſub tit.* De Propagatione Hominis, quantum ad Corpus. 119. 2

SECUNDA

Digitized by Google

Digitized by Google

SECUNDA PARS.

SCHEMA PRIMUM GENERALE

TOTIUS SECUNDÆ PARTIS DIVISIONEM repræſentans.

DE MOTU RATIONALIS CREATURÆ IN DEUM.

Hic duo conſideranda occurrunt,

- 1. De Ultimo fine Humanæ Vitæ. Et quia Ultimus ſinis Humanæ Vitæ ponitur eſſe Beatitudo: oportet conſiderare
  - 1. De Ultimo fine in communi. *De quo ſub tit.* De Ultimo fine Hominis in communi. *Quæſt. 1. d. in ar.* 8
  - 2. De Beatitudine; et quidem
    - 1. In quibus sit. *De quo ſub titulo*; De his, in quibus Hominis Beatitudo consistit. 2 8
    - 2. Quid sit, &
      - 1. Quid sit Beatitudo. *De quo ſub eod. tit.* 3 8
      - 2. Quæ requirantur ad ipsam. *De quo ſub tit.* De his, quæ ad Beatitudinem exiguntur. 4 8
    - 3. Qualiter eam consequi possumus. *De quo ſub titulo*; De adeptione Beatitudinis. 5 8
- 2. De his, per quæ Homo ad hunc finem pervenire potest, vel ab eo deviare. Quia igitur ad Beatitudinem per Actus aliquos neceſſe eſt pervenire, oportet conſequenter de Humanis Actibus conſiderare, ut ſciamus quibus Actibus perveniatur ad Beatitudinem, vel impediatur Beatitudinis via: ſed quia Operationes & Actus circa ſingularia ſunt, ideò omnis Operativa ſcientia in particulari conſideratione perficitur: Moralis igitur conſideratio, quæ eſt Humanorum Actuum, tradenda eſt
  - 1. In Universali. *De quo* Sch. Generali 1ª. 2ª.
  - 2. In Particulari. *De quo* Sch. Generali 2ª. 2ª.

Digitized by Google

SCHEMA I. GENERALE

TOTIUS 1ª. 2ª. DIVISIONEM COMPLECTENS.

DE HIS, PER QUÆ HOMO

AD ULTIMUM FINEM PERVENIRE POTEST,

VEL AB EO DEVIARE.

Sive

DE ACTIBUS HUMANIS IN UNIVERSALI.

Circa Univerſalem Actuum Humanorum conſiderationem conſiderandum occurrit

- 1. DE IPSIS ACTIBUS HUMANIS. *De quo* SCHEM. 2
- 2. DE PRINCIPIIS EORUM. *De quo* SCHEM. 5

SCHEMA II.

DE IPSIS ACTIBUS HUMANIS.

HUMANORUM ACTUUM QUIDAM SUNT

- HOMINIS PROPRII.
- HOMINI, ET ALIIS ANIMALIBUS COMMUNES.

Et quia Beatitudo eſt propriũ Hominis bonum, ad Beatitudinem ſe habent

- Propinquiùs Actus, qui ſunt propriè Humani.
- Remotiùs Actus, qui ſunt Homini, & aliis Animalibus communes.

Quare conſiderandũ eſt

- 1. DE ACTIBUS, QUI SUNT
  - PROPRII HOMINIS. *De quo* SCHEM. 3
- 2.
  - HOMINI ; ALIISQUE ANIMALIBUS COMMUNES, QUI DICUNTUR ANIMÆ PASSIONES. *De quo* SCHEM. 4

SCHEMA

SCHEMA III.

DE ACTIBVS, QVI SVNT PROPRII HOMINIS.

Circa hoc duo conſiderãda occurrunt, ſcilicet De Humanorum Actuũ,

- 1. Conditione. Cũ autem Actus humani propriè dicãtur, qui ſunt voluntarij, eo quod volũtas eſt rationalis appetitus, qui eſt propri' hominis, oportet cõſiderare de actibus inquantũ ſunt volũtarij. Itaque cõſiderandum eſt
  - 1. De Voluntario et Involuntario in communi. Et quia Actus Voluntarij habent quaſdam circunſtantias ſecundum quas dijudicantur; conſiderandum eſt
    - 1. De ipſo Voluntario et Involuntario. *De quo ſub eodem titulo.* *Quæſt.6.d.in a.8*
    - 2. De circunstantiis ipsorum Actuum, in quibus Voluntarium et Involuntarium invenitur. *De quo ſub tit.* De circunstantiis Humanorum Actuum. 7. 4
  - 2. De ipſis Actibus, qui ſunt Voluntarii, ſive Voluntatis in ſpeciali, &
    - 1. De Actibus qui ſunt
      - Immediati ipſius Voluntatis, velut a Voluntate eliciti. Voluntas autẽ movetur, &
        - 1. In Finem.
        - 2. In ea, quæ ſunt ad Finem.

        Igitur conſiderandum eſt De Actibus Voluntatis, quibus movetur
        - 1. In Finem. Actus autem Voluntatis in finẽ videntur eſſe tres, ſcilicet
          - 1. Velle.
          - 2. Frui.
          - 3. Intendere.

          Igitur cõſiderãdum eſt
          - 1. De Voluntate. Circa quod cõſideranda ſũt tria,
            - 1. Quorum Voluntas ſit. *De quo ſub tit.* De Voluntate, quorum ſit Volitorum. 8. 5
            - 2. A quo moveatur. *De quo ſub titulo;* De Motivo Voluntatis. 9. 6
            - 3. Quomodo moveatur. *De quo ſub tit.* De modo quo Voluntas movetur. 10. 4
